



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

VII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Spadow vier Hufen Landes, welche Ritter Dietrich von Bornim demselben im Dorfe Seegefelde überlassen hat, am 12. April 1265.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

stantis in Spandowe, ad ipsarum mensam, que tenuis est, libere contulimus propter deum, refer-  
vatis sacerdoti, qui pro tempore fuerit instituendus, oblationibus suis et tam de mansis quam de de-  
cima annone cuilibet VIII choris. Et ut hoc firmum et stabile permaneat et a nullo imposterum  
valeat infirmari presens scriptum scribi fecimus et sigilli nostri appensione una cum sigillo nostri ca-  
pitoli roborari. Adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Lambertus prepositus,  
Johannes Prior, Johannes Cellerarius, Wernerus Camerarius, Canonici Branden-  
burgenses, Jacobus Prepositus in Spandowe, Theodericus prepositus in Berlin,  
Hermannus de Bizdale, Gernotus de Berlin, Lodewicus de Rosenvelde, Waltherus  
de Jetze, plebani, et alii quam plures tam clerici quam laici. Datum Spandowe, anno Domini  
M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXV<sup>o</sup>. III<sup>o</sup> Non. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Nach Gerken's Abdruck in den Fragm. marchieis I, 19.

VII. Markgraf Otto verzeignet dem Kloster Spandow vier Hufen Landes, welche Ritter  
Dietrich von Bornim demselben im Dorfe Seegesfelde überlassen hat,  
am 12. April 1265.

In nomine domini amen. Nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis marchio, Omni-  
bus in perpetuum. Virtus memorie requiescit in scriptis. Nam negotia rite peracta scripturarum  
et testium munimine roborantur. Notum proinde facimus tam presentibus quam posteris, quod cum  
Theodericus miles, dictus de Bornem, quondam noster Aduocatus in Spandowe, quatuor  
mansos in villa Segeuelde a nobis in pædo tenuisset, quos Ecclesie sanctimonialium apud Zpan-  
dowe idem theodericus cum filia sua, nostro et filiorum consensu et consilio accedente, Libe-  
raliter erogavit, Nos moti visceribus karitatis iam dicte Ecclesie, quam amplectimur et venerari te-  
nemur affectu debito et sincero, ut persone deo jugiter famulantes ibidem earum piis orationibus  
nostrum apud altissimum suppleant imperfectum, dictorum mansorum proprietatem libertate omni-  
moda, quam nos habuimus, contulimus perpetuo possidendam, nichilominus homines dictos mansos  
excolentes in prefatum dicte Ecclesie supplementum a serulcio aduocaticio et exactione seu angaria  
qualicumque exemptos penitus reddimus et solutos, volentes etiam ratum et gratum teneri, ut se-  
pius repetita Ecclesia omnes prouentus mansorum dictorum et vtilitatem cum vniuersis pertinenciis  
perfecte possideat et quiete. Vt autem nostra collatio rationabiliter peracta, futuris temporibus illi-  
bata permaneat et ne quis in posterum infringere valeat uel mutare, presentes nostras litteras nostri  
Sigilli munimine solidatas prenarrate Ecclesie in Euidens testimonium et robur validum duximus ero-  
gandas. Testes huius sunt: Arnoldus de Bredowe, Henricus de Grobene, Theodericus  
de Nemech, Albertus de Grobe, Theodericus de Bornem, Waltherus Bart et alii  
quam plures. Datum Spandowe per manum Johannis nostri Notarii, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>.  
LXV<sup>o</sup>. Dominica Quasimodogeniti Ind. VIII<sup>o</sup>.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.